AUGUSTINUS. PS. AUGUSTINUS. AMBROSIUS AUTPERTUS
Mitte 12. Jh. Seite 41r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



illa geometrica recordaris. A Bene commemoras
recordor prorsus ac libentissime. R Tales ne in cor
poribus figure inueniuntur. quales illa disciplina
demonstrat. A Immo incredibile est quando
deteriores esse conuincuntur. R Quas igitur putas
ueras. A Hec queso etiam istud me interrogandum
putas. quis enim mente tam cecus est quin uideat istas
quam in geometria docentur habitare in ipsa ueritate.
aut in his etiam ueritatem. illas uero corporis. si quidem
quasi ad istas tendere uidentur habere nescio
quam imitationem ueritatis et ideo falsas esse. Iam
enim totum illud quod ostendere moliebaris in
telligo. R Quo igitur iam opus est ut de disciplina dis
putationis requiramus. siue enim figure geometri
ce in ueritate. siue in eis ueritas sit. anima nostra
i. intelligentia nostra contineri nemo ambigit
ac per hoc in nostro animo etiam ueritas esse cogitur. quod
si quelibet disciplina ita est in animo. ut in sub
iecto inseparabiliter nec interire ueritas potest.
quid queso de animi perpetua uita nescio quam mortis
familiaritate dubitamus. an illa linea uel quadra